

gratiam facerem et honorem. Verum quia hec dilationem non capiunt, in presenti mihi curetis exponere vestre beneplacitum voluntatis, ante quam alii quod offero derelinquam; scientes quod Padue multitudinem habebitis auditorum, ubi loci viget amenitas et venalium copia reperitur.

Modello di una lettera da un docente di diritto canonico ad un collega. Al saggio, onesto, saggio, nobile e facondo maestro Pietro di Spagna, docente di decreti dimorante in Bologna, maestro Guglielmo di Guascogna, dottore di decreti in Padova, invia i saluti con l'augurio di veder realizzate le proprie attese. [...] Se vi risultasse gradito, vi offrirei volentieri e con onore le mie scuole. Tuttavia, perché questi affari non consentono rinvii, fate in modo di farmi sapere subito la vostra decisione, prima che io affidi ad un altro ciò che vi offro: sappiate che troverete molti uditori qui in Padova, dove il luogo è ricco di bellezza e abbondano i beni di consumo.

[4]

#### Patti per trasferire lo Studio da Padova a Vercelli, 1228

(ROSALDO ORDANO, *I Biscioni*, tomo I, vol. III, Torino, Deputazione subalpina di storia patria, 1956, p. 69-74)

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octavo, indicione prima, die martis quarto mensis aprilis. Iste sunt condiciones apposite et confirmate et promisse ad invicem inter [...] nuncios et procuratores comunis Vercellarum constitutos per dominum Rainaldum Trotum potestatem Vercellarum ex una parte, et ex alia dominum Adam de Canoco, rectorem Francigenarum, Anglicorum, Normanorum, et magistrum Raginaldum de Boxevilla et magistrum Henrico de Stancio, eorum nomine et nomine universitatis scolarium ipsius rectorie, et dominum Iacobum de Yporegia, procuratorem scolarium Ytalicorum, ut dixit, et dominum Guillelmum de Hostialio vicarium domini Curradi nepotis domini archiepiscopi [...] alterius procuratoris Italicorum, ut dixit, eorum nomine et universitatis scolarium Ytalicorum, et dominum Gaufredum Provinciale, rectorem Provincialium et Spanorum et Cathalanorum,



et dominum Raimundum Guillelmum et dominum Pellegrinum de Marsiglia, eorum nomine et nomine universitatis scholarium ipsius rectorie, ex alia. [...] Quod potestas Vercellarum nomine ipsius comunis et ipsum comune dabit scholaribus et universitati scholarium quingenta hospicia de melioribus que erunt in civitate. [...] Item promiserunt predicti procuratores [...] quod comune mutuabit scholaribus et universitati scholarium usque ad summam decem milium librarum papiensium. [...] Item quod comune Vercellarum constituet salarium competens, arbitrio duorum scholarium et duorum civium, [...] uni theologo, tribus dominis legum, duobus decretistis, duobus decretalistis, duobus fisicis, duobus dialecticis, duobus grammaticis; ita tamen quod scolares Vercellarum et eius districtus non teneantur aliqua dona magistris vel dominis dare. [...] Dicti domini et magistri qui debent salarium percipere a comune Vercellarum eligantur a quatuor rectoribus, scilicet a rectore Francigenarum et a rectore Ytalicorum et rectore Theotonicorum et rectore Provincialium. [...] Item qui pro tempore erit potestas Vercellarum mitet infra quindecim dies post electiones factas de dominis et magistris [...] fideles ambaxatores iuratos qui [...] querent dominos et magistros electos et eos pro posse suo obligare procurabunt ad regendum in civitate Vercellarum. [...] Item quod predictas condiciones servabit comune Vercellarum usque ad octo annos. [...] Promiserunt predicti rectores et scolares, eorum nomine et nomine aliorum omnium scholarium de eorum rectoria [...] quod bona fide sine fraude dabunt operam quod tot scolares venient Vercellis quod sint sufficientes ad predicta quingenta hospicia conducenda et quod universum Studium Padue veniet Vercellis et moretur ibi usque ad octo annos. Si tamen facere non poterint, non teneantur [...]. Item fuerunt in concordia quod quilibet rector tantam habeat potestatem in omnibus negociis scholarium, quantum alius, nec aliquis ipsorum habeat maiorem potestatem propter maiorem numerum scholarium [...]. Actum in Padua, in hospitio magistri Razinaldi et Petri de Boxevilla, presentibus domino Philippo de Carisio canonico Taurinensi et Bonoiohane de Bondonis et Martino Advocato Vercellensi. [...]

L'anno 1228, indizione prima, martedì 4 aprile. Queste sono le condizioni pattuite e confermate e reciprocamente promesse tra i nunzi e pro-